

Johann Andreas Hofmann


**Io. Andr. Hofmanni Doctoris Et Professoris Iuris P. O. Et Facultat. Iur. Adessor.
Prolvio De Vsvfrvctv In Bonis Filii Militiam Deserentis Confiscatis Parentibus In
Hassia Adscripto : Disputationibus Publicis In Io. Gottlib. Heineccii Icti Elementa
Iuris Civilis Secundum ... Et Die XV Mensis Maii A. MDCCLXII Avspicandis
Praemissa**

Marbvrgr: Ex Officina Typographica Vnivers. Mülleriana, [1762]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1813336032>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (97.)

1. Ayer de jure principis circa molas.
2. Hüpeden de negotium quorundam in legitima ab avo institutorum cum reliquis diversorum liberorum iam defunctorum descenditibus mediatis concurrentium portione legali ejus computatione.
3. Hoffmann de venatu in terris principum Germaniae et archiepiscopatus Colonienfis non libero sed regali habendo.
4. Hommel rhapsodias supplementa.
5. Hommel de differentiis inter querelam inofficiosi quae parentibus ac liberis et quae fratribus competit.
6. Hommel de differentiâ ea qua inter testamentum militare et pagani testamentum in hostico conditum.
7. Hommel de furto qualificato.
8. Holtzhauer utrum poena capitali coercendus sit conatus homicidii simpli-
cis proximis ex mente C.C. atque Marchico - Brandenburgicae.
9. Hoffmann de insignioribus defectibus jurisprudentiae criminalis Germaniae
eorumque emendandorum ratione ac modis.
- Hoffmann de origine progressu et natura jurisprudentiae Criminalis Germa-
nicae.
10. Kluegel quo processus genere ex libro censuali agendum sit.
11. Wiefand de pacto remissorio.
12. Chladenius de actibus et negotiis cum seipso.
13. Nettelblad de capensarum et pretii restitutione in retrovocatione.
14. Hoffmann specimen jurisprudentiae symbolicae veterum Germanorum.
15. Carrach pacta non sunt stricti juris sed bonae fidei.
16. Habernickel de methodo juris privati quo per Germaniam utimur.
17. Schmidt de servitutibus juris publici falso nomine sic appellatis.
18. Stellfeld de divisione territoriorum Germanicorum.
19. Schott speciem juris Digestorum ad Tit. de justitia et jure.
20. Madihn de cautelis tutelaram.
21. Henne de privilegio personali, creditori ad rem emendam mutuum
danti, orto super bonis debitoris concursu, competente.
22. Herod de legatis nuptiarum causa relictis.
23. Heker ad legem Aetorianam.
24. Henne de dominio pignoris germanici in creditorem translato.
25. Henne de genuinis et spurcis litis contestationis effectibus.
26. Leyer de actu furtivum.
27. Hoffmann de usufructu in bonis filii militiam deserentis confis-
catis in Haesia parentibus adscripto.
28. Nettelblad. de decisione casuum secundum analogiam.
29. Platner de ampliando in divitiis decernendis iudicium arbitrio.

30. Schott an maritus sumtus in famulo uxoris factor eorum an in
hujus bonis orto repetere jure possit?
31. ad constitutionem saxoniam de rebus cohereditariis.
32. Winklerfeld pignora j. Rom. de compensatione et jure retentionis.
33. Mencken de Julaeo jurisjurandi suspensorii haec incapax.
34. Pauli infidivae vitae structae an justa causa sint divortii causa.
35. Triller de jurisprudentia poetarum.
36. Reinhard de vasallo Juriconsulto.

IO. ANDR. HOFMANNI
DOCTORIS ET PROFESSORIS IVRIS P. O.
ET FACVLTAT. IVR. ADSESSOR.

PROLVVSIO

DE

VSVFRVCTV IN BONIS
FILII MILITIAM DESERENTIS

CONFISCATIS PARENTIBVS

IN HASSIA ADSCRIPTO

DISPVATIONIBVS PVBLICIS

IN

IO. GOTTLIB. HEINECCII ICTI
ELEMENTA IVRIS CIVILIS

SECVNDVM

ORDINEM INSTITVTIONVM

IN AVDITORIO SVO QVOVIS DIE SATVRNI

HORA II-III INSTITVENDIS

ET DIE XV MENSIS MAII A. MDCCCLXII

AVSPICANDIS PRAEMISSA.



M A R B V R G I

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. MÜLLERIANA.

IO. ANDR. HOFMANNI
DOCTORIS ET PROFESSORIS IURIS P. O.
ET FACULTAT. IUR. ADDESSOR.
PROLVISIO


DE
VSVERVCTV IN BONIS
FILII MILITIAM DESERTENTIS
CONTROVRSATIS PARENTIBVS
IN HASSIA ADSORPTO
DIPLOMATIOMIBVS PRAECIS

IN
IO. GOTTLIB. HEINECCI. ICTI
ELEMENTA IURIS CIVILIS
SECVNDVM

ORDINEM INSTITVTIONVM
IN AVDITRIO SVO QVODV DIE SATVRNI
HORA II-III INSTITVTENDIS
ET DIE XV MENSI MAII A. MDCCCXXII
AVSPICANTIS PRAEMISSA



M. A. H. V. R. O.
EN GENIUM TYDORANEA VINVS. MÜLLERIAN.



§. I

DE CATTORVM VIRTVTIBVS ET SEVERITATE IN
IVRE DICENDO ADVERSVS DESERTORES
MILITES AC TRANSFVGAS.



Cattorum populus ab antiquissimis temporibus progeniuit strenuos milites, qui fideles, impigri, paucis contenti, rebus suis prouidentes (a) fuerunt, et fortitudine domestica, et militari multum valuerunt. Habuerunt semper celebrationem ob eximium virium vigorem, et singularem virtutem in bello, qua Hassi hodiernum vbique clarent. Numerosa quoque fuit quondam Hassiae principibus equestrium virorum manus (b), quibus in bello stipati terrorem hostibus iniecerunt. Addo etiam illud, quod iustitiae fama floruerint. Transfugas, et proditores depre-

A 2

henfos,

(a) TACITVS de moribus German. cap. XXX - XXXVI.

(b) TACITVS l. c. cap XXX quidem refert: Cattis omne robur in pedite fuisse; sed inficiari nequit:

penes Cattos equestrium sane virium id proprium esse, cito parare victoriam, cito cedere. Vnde bene colligitur, Cattos iam priscis temporibus equitatum fortissimum, et manu strenuissimum habuisse.



henfos, vt inter Germanos, laqueo strangularunt (c); ignavis et imbellibus mansit squalor; quin etiam eos ultimo supplicio affecerunt (d). Idem ius aduersus eosdem, et mandantes se fugae in Hassia (e), aliisque terris vsurpatur. Secundum leges a Carolo Magno Langobardis datas desertio exercitus dolosa, transfugium, et proditio; crimen maiestatis existimatum fuit, eiusque reus in vitae periculum incurrit, et res illius fisco regio addictae fuere (f); eadem poena iamdiu legibus Rotharis, regis Langobardorum, constituta fuit (g). Quamobrem mirum non est, de milite desertorem, et perfugam in terris Hassio-Cassellanis, aliisque principatibus (h), eandem legitimam poenam perferre debere. In hisce terris sanctio hac de re die $\frac{I}{XII}$ mensis Martii A. R. S. cIoIo ccxxxvii promulgata, et repetita die X mensis Februarii anno post restauratam salutem cIoIo cclii titulo sequenti insignita est: verordnung - - wie es mit confiscation der deserteurs, auch annotation der in auswärtige krieges-dienste getretenen unterthanen vermögens gehalten werden soll, fol.

§. II

(c) TACITVS cap. XII; adiungas velim den Fürstl. Hessen-Cassellischen artickels-brief, cIoIo ccliii, 8vo, §. XXXVII, LVIII p. 14, p. 18.

(d) TACITVS c. l. cap. XII et cap XXXI.

(e) F. Hessen-Cassellischer artickels-brief p. 7-9, §. X-XV.

(f) cap LXXXI.

(g) cap. III, IIII, *Lex Westgoth.* lib. II tit. I § VII.

(h) Vid. Königl. Preussische circular-ordre für alle chefs und commandeurs der regimenten cet. d. d. Berlin XII jun. 1741, erneuertes edict wegen confiscation des gesämhren vermögens der deserteurs von der armee cet. d. 24 Sept. 1749, LÜNIG in *corp. iur. milit.* p. 1345.



§. II

DE INSTITVTIS HASSORVM IN RE MILITARI.

Rem militarem in Hassia olim magis moribus antiquis stetit; deinde crimina militum tum secundum leges imperii R. G., quum secundum functiones prouinciales plerumque suppliciiis coercita, quam peculiaribus legibus militaribus ante tempora principis illius virtute, rebus gestis, potentia, auctoritate, supra communem mortaliū sortem et consuetudinem eximii, MAVRITII, Landgrauii Hassiae, gloriosissimae memoriae, instructam fuisse, ex variis rationibus mihi persuadeo. Nam primo illi legionarii milites perpetui, vt hodie in Hassia sunt, in litterarum monumentis ante seculum XVI mihi non occurrerunt; cum prioribus temporibus beneficiis praediti stipendia fecerunt (i), et, necessitate exigente, ii, qui parebant, ad arma vocati sunt, quod dictum fuit: die *landesfolge*; quin etiam milites lecti fuerunt (k); quibus stips est soluta, et impensae bellicae sunt praestitae. Aeuo Mauritiū, Landgrauii Hassiae, legiones prouinciales (auschufs- oder land-regimenter) deprehenduntur; quibus quaedam turmae equitum prouincialium, aliaeque le-

A 3

ctae

(i) Conf. Viri magnifici ESTORIS praestantissimae *origines iuris publ. Hass.* p. 240, 274-278, ELVSD. elegantissima commentatio de *iure ordinum imperii decorandis honor. militar.* cap. III § 51, 63, p. 26 sq., p. 32, et *bürgerliche rechtsgelahrtheit der Teutschen* P. I p. 81, 82. Hoc opus a me publici iuris factum est; adiunge viri illustri STRVBENS *nebenstunden* P. I abhandl. III § 6 sqq. p. 357 sq.

(k) HERTIVS de *superioritate terris.* § 39 vol. I P. II p. 198 sq. 1737, 4to, SCHILTER in *cod. iur. feud. Alem.* cap. VIII § XIII p. 162, 163, IO. SAM. STRYK de *militia lectis prouinc.* cap. I § 4 sqq., HERM. CONRING de *militia lectis* cet. Ob hanc causam collectae: *defensions- und land-rettungs-Reichs-Türken-kreisß-steuern* cet. ex conuentionibus sunt exactae, et tributa collata fuerunt.



Etæ additæ fuerunt (1). Post fata autem Mauritiï, Landgraviï, atque pacis Osnabrugensis tempora, in Hassia sensim hodiernus status militaris, et equitatus et peditatus fuit formatus (m), ac leges singulares militares sunt latae, quas hoc loco recensere in animo non habeo; sed aliis relicturus sum (n). Praetermitto etiam dicafterium militare generale Cassellis constitutum, cui die XXIII mensis Sept. c1010ccxiii nomen *generalis commissionis militaris* datum; sed die XXVIII mensis Martii c1010cclx titulo *collegii militaris* est insignitum.

§. III

DE ORDINATA IVRISDICTIONE IN CAUSSIS MILITARIIBVS TEMPORIBVS MAVRITII, LANDGRAVII HASSIAE.

Praeterea mihi venit in mentem mandatum, quod potentissimus et sapientissimus ille princeps, Mauritius, die I mensis Octobris c1010c promulgavit, cui titulus est: *instruction, was sich vnser bestellete kriges-ræthe, vnd diener verhal-*

(1) Inter alias res, quæ a Mauritio, Landgrauio Hassiæ, ordinibus prouinciarum congregatis, anno c1010cxcvii propositæ fuerunt, delectus prouincialis pedestris et equestris commendatus fuit. Ille anno c1010cxxi et c1010cxxii copiis militaribus lectis tum pedestribus, quum equestribus auctus fuit, adeo, vt hæc militia equestris, præter equos equestres, equites publicos (landreiter), et populares armatos, 10000; ac pedestris tribus millibus et quadringentis peditibus constiterit. Sed eius pars paulo post dimissa fuit.

(m) Hoc ex conventionibus committorum prouincialium Hassio-Cassellanorum post pacem Westphalicam successiue celebratorum maxime colligendum est.

(n) Cognitum mihi est, virum illustrem REGNERVM ENGELHARDTVM, potentissimo Landgrauio Hassio-Cassellano, et clementissimo Patri Patriæ a consiliis bellicis, historiam legum militarium Hassiacarum delineasse; opto igitur, vt illam publici iuris faciat. Leges militares Hassiacas prioris sæculi, exhibet P A P E im *Holländischen kriges-rechte*, 4to.

verhalten sollen (o), cuius introitus sic se habet: „ WIR
 „ MORIZ von GOTTES Gnaden, Landgrafe zu Hes-
 „ sen, Graf zu Cazenelnbogen, Diez, Ziegenhain, vnd
 „ Nidda cet. Fügen allen vnsern vber fuesvolk, bestell-
 „ ten krieges-räthen, obristen, obrist-leutenant, hohen
 „ befehlchen, haubtleuten, vnd andern gnediglich zu
 „ wissen cet. „. Liceat mihi summarium huius rarae
 instructionis a viro illustri IOANNE GOTTLIBIO LAV-
 RENTIO beneuole mecum communicatum in medium
 proferre, quod sequentis argumenti est: „ *erstlich*, von
 „ auswählung des ausschusses. *Zum andern*, von be-
 „ wehrung, vnd kleidung des ausschusses. *Zum drit-*
 „ *ten*, von zeit, vnd ort der kriges-übung. *Zum vierd-*
 „ *ten*, wie vnd was weifs man die soldaten exerciren sol-
 „ le. Von fontäglichen vbungen cet.; von den schützen;
 „ den musquetiren; pickeniren; vnd hellepardiren. In-
 „ gemein von schützen, vnd spiefsträgern. Von exerci-
 „ tien bei fändlein-musterung. Von exercitien bei hau-
 „ fen-musterung. Zug-ordnung. Von schlacht-ord-
 „ nung. Von quartiren. Nun folget p. 20, b, ein abriß
 eines

(o) Dat. in vnser stadt vnd ve-
 stung Cassel den 1 oct. anno 1600;
 auf Fürstlichen befehl gedruckt zu
 Cassel, durch *Wilhelm Hessel*, im
 jare 1600, 4to, VII plagul., cum
 figuris. Hic titulus secundum ratio-
 nem, atque stilum illius temporis est
 intelligendus. Quodsi vero nostro
 aeuo ille praescribendus esset instru-
 ctioni, forsitan hoc modo formari pos-
 set: dienst- und exercitien-regle-
 ment, wornach sich unsere generali-
 tät, auch officire zu achten haben.
 Nam illi, qui nostra memoria titulo
 principum militum insigniuntur, su-

perioribus saeculis nomine consilia-
 riorum militarium nuncupati fuere,
 ut vir disciplinae militaris studiis eru-
 ditissimus, LAVRENTIVS egre-
 gie ostendit in eximia commentatio-
 ne *von den kriges-gerichten zu vnsern*
zeiten, Altenburg. c1610cclvii,
 8vo, p. 282 sq. p. 293. In *annali-*
bus Saxonis a IOANNE SEB.
 MÜLLERO editis, legum, seu ar-
 ticularum militarium a Ioanne Fride-
 rico, septemuiro Saxonico, confecto-
 rum mentio fit, ad annum c1610cxlvi
 p. 105.



„ eines quartires auf eine companei. Vom proviantiren;
 „ von wachten, vnd munition. Von der regiments-
 „ sterung. Hierauf kömmt eine figur der corrigirten
 „ quadrat-ordnung, p. 24, b. *Zum fünften* vom aus-
 „ schufs-rechte p. 25, b,,. De iurisdictione sequenti mo-
 do constituitur p. 26: „ da einer criminaliter fündigen
 „ würde, soll dasselbige durch ordentliche administra-
 „ tion der beampten, nach gewöhnlichen Reichs- vnd
 „ landrechten vindiciret werden. Wenn aber der aus-
 „ schufs in besazung gebrauchet, oder vor den feind,
 „ zu rettung des vaterlandes geführet wird, sollen dieje-
 „ nige, welche dergestalt gebrauchet, vnd wie soldaten
 „ im felde, oder besazung vnterhalten, von zeit der er-
 „ foderung bis zu zeit der abdankung, keiserlichen freien
 „ krigesrechten vnterworfen seyn; vor, oder nach der
 „ zeit aber niemandes mit kriges-recht, sondern mit
 „ ausschufs, oder gewöhnlichen landrechten dieselben
 „ zu besprechen haben,,. Possẽ et alia huius argu-
 menti in medium proferre; sed incepto absisto, vt ad
 propositionem veniam; pauca tamen de militibus deser-
 toribus sunt praemittenda, vt eo commodius ad rem
 ipsam procedere possim.

§. IIII

MILES DESERTOR DESCRIBITVR.

Variae species desertionum, et diuersae iudicationes,
 quas desertionis processus vsu fori appellamus, in iure
 occurrunt; quin etiam varia desertorum genera nuncu-
 pantur. Hi sunt; partim coniuges, partim milites; modo
 vafalli (p), modo aliae personae; tum saeculares, quum
 eccle-

(p) STRYK de *vasallo desersore.*

ecclesiasticae, quae officium (q), ciuitatem, litem, appellationem, accusationem cet. deserunt (r). Sed iam iam de milite desertore (s) mihi tantum est sermo. Miles autem aequo vario modo desertor esse, atque haberi potest. Sin igitur miles excubias derelinquit, desertori militiae aequiparatur (t) cet. Proprie autem miles desertor dicitur, qui inuito belli domino sponte sua de militia iniuste discedit.

§. V

QUOMODO DESERTIO MILITIAE DELICTVM SIT?

Illud aufugium a signis, quibus miles se addixit, et dolo malo (u), et culpa fieri potest. Sin hoc accidit, miles desertor delictum committit. Quicumque delinquit, poenam perferre debet legitimam. At varia poenarum genera militiam iniuria deserentibus sunt sancita legibus. Nam afficitur de milite desertor deprehensus non solum capitis poena, sed etiam alia; est quoque poe-

(q) can. 2 caus. 21, qu. 2, MEVIVS P. VI decis. CCLXIII.

(r) Vid. IO. IOACH. SCHOEPFERI disp. de *militie desertore*, cap. 1 num. 36 sqq., CHRISTIANVS WILDVOGEL de *desertoribus et transfugis*, CONR. GVIL. STRECKERI opusc. de *desertoribus*, Erford. 1733, 4to.

(s) Hoc nomine etiam comprehenduntur praefecti militum alique.

(t) Fürstl. Hessen-Casselischer artickels-brief p. 9 § XVII, HARP-RECHT in *decis. crim.* V num. 21, 52 sq. p. 33, SCHOEPFER I. c. cap. 1 num. 51, 52, p. 17. Desertor in dolo esse censetur,

qui animum reuertendi simulat, et dilationes eludit; nec non sub mendacii reditum declinat; aut ante dimissionem impetratam alibi officium subit, aut aliorum desertionem simul promouet. Et si in extrema contumacia permanet, tandem pro conuicto declarari potest, BOEHMER *consult.* T. III P. III decis. 880 num. 16-18 p. 991.

(u) A desertione iusta absentiae causa excusat L. 4 § 15 π. de *re milit.*, SCHOEPFER I. c. cap. III, num. 70 sqq., add. viri illustris REGNERI ENGELHARDTI *specimen iuris militum natur.* 1755, 4to, § 575, § 579 sq., p. 233 sq.

B



nis locus aduersus fugitiuos desertores, ac transfugas. Inter has, praeter alias, poena publicationis bonorum referri potest, vbi videlicet legibus est constituta. Principes igitur imperii quandoque sanctionibus suis poenali- bus confiscationem adiiciunt (w); quod etiam in Hassia in variis caussis animaduertitur (x); in primis vero illa aduersus desertores milites locum habet; sed, vti princi- pis est: contemplatione heredum, ac parentum, ob ho- rum innocentiam, temperamentum seruare (y); ita et in Hassia eorum gratia quaedam statuta sunt.

§. VI

DE EIS, QVAE PRAECEDVNT CONFISCATIONEM,
DICITVR.

Antequam autem miles defertor publicatis bonis dam- nari potest, prius in caussam est inquirendum; cum nemo

(w) KRESSIVS in comm. ad art. CCXVIII *const. Carol. crim.* * 3 p. 799 sq. Deficiente autem lege poenam confiscationis sanciente, ea ces- sat, MENKEN in *syss. iur. ciu.* lib. XLVIII tit. 20 § 4 p. 886, 887, ibique allegati doctores. Sunt qui- dem, existimantes, quasi imperato- res: nimirum IVSTINIANVM per Nou. CXXXIIII cap. vlt., et CA- ROLVM V in *constitutione crim.* art. CXXXV et CCXVIII leges pu- blicationem honorum certis delictis comminantes abrogasse, excepto cri- mine laesae maiestatis. Verum enim vero inficias ire non possumus, in le- gibus imperii varias species confiscatio- num occurrere; vid. *reformatio imperii polsi.* 1577 tit. 18 § 2, R. I. 1570 § 153, *conclusum imp.* clolclxx,

adi. augustissimi imperatoris FRAN- CISCI I edictum de re libraria die X mensis Februarii a. clolcccxlvi promulgatum.

(x) Conf. *Hessen - Casselische gra- ben-ordnung* tit. XXI p. 48 sq. p. 89 § 6. Sed notandum est, confis- cationem tum generaliori, quam spe- cialiiori, ac proprio sensu sumi. In eo significato etiam res in caussam commissi cadentes comprehenduntur; quae tamen a bonis ob delictum atrox publicatis differunt.

(y) CHRISTIAN. THO- MASIVS de *regalibus fisci princ. Germ. circa acquisitionem cet.* cap. II § XII, MICH. GRASS de *negle- ctis quoad acquir. modos fisci commo- dis*, cap. III § 3 sqq.



nemo inaudita causa condemnari debet; quamobrem absens, si locus, ubi commoratur, ignotus, publice ad iudicium vocandus est (z), ad innocentiam deducendam; hoc non facto, secundum praescripta iuris contra contumacem procedendum, et sententia est ferenda. Nam fiscus propria auctoritate atque indicta causa, possessionem non adprehendit; sed causae cognitione, ac sententia opus est (a). Sin hoc fit, legitima conficiuntur.

§. VII

QUOMODO MILES CRIMINE DESERTIONIS LIBERARI POTEST? DEDUCITVR.

Miles desertor ad iudicium publice vocatus (§. VI) vel ad constitutum tempus, et diem venit, vel deprehensus in ius rapitur, ac supplicii coercetur, aut poenitentia ductus sponte sua redit, aut seipsum offert; aut contumax est in superiorem, et sui praesentiam facere contemnit. Quod si vero se sistit, ea, quae pro causa sunt dicenda (b), allegare debet; laqueos etiam iudicii declinare potest, quando veniam petit, eaque illi indulgetur; tunc publicatio bonorum cessat; idem ex sequentibus verbis dictae sanctionis Hasso-Cassellanae (c) con-

B 2 cedi

(z) L. I. π . de *requir. reis* cet., *constitutio Hass.* allegata 1737 §. 1, 2 p. 4. Citatio etiam sub poena confessi in criminalibus causis contra desertores ob singularem contumaciam decerni potest, BOEHMER T. III P. III cons. 880 num. 18 p. 191.

(a) GAILL lib. II *observ.* LI, COLERVS de *process. execut.* lib. I cap. III num. 84, MOD. PISTOR

P. II cons. 84 num. 18, STRUVIVS in *syns. iur. civ.* exerc. XXXVIII §. 51.

(b) SCHOEPFFER c. I. cap. III num. 30 sqq. Causae sunt partim mitigantes, partim tollentes poenam. GNÜGENS *anleitung zum kriegesrechte*, Ienae 1750, 8vo, p. 225 sq. § 448 sq. p. 230 § 453.

(c) p. 7 §. X.



cedi videtur: „ wie dann auch die exceptiones gegen die
 „ confiscation überhaupt, oder einer gewissen portion
 „ der güter, als zum exempel, das sich der deferteur
 „ wieder sistiret, oder ertappet, und am leibe gestrafet,
 „ oder erlass-rescripte ausgewirket worden, oder der
 „ ausgetretene vor einem, oder andern der eltern ver-
 „ storben cet., zu hören, genugsam zu erörtern, und
 „ das befinden den protocolis zu höherer diiudicatur zu
 „ inferiren ist „.

§. VIII

QUANDO ANNOTATIO BONORVM LOCVM
 HABET?

(IV) Condemnato reo contumace crimine desertionis, con-
 fiscatio sequitur, ac magistratui, seu iudici competenti
 demandatur; praecedit autem eam annotatio bonorum
 (d); et quamvis ea annotatio hodie in aliis causis crimi-
 nalibus non ita frequenter, vt penes Romanos priscos
 obtinuit, contingat (e); attamen eadem non penitus
 abrogata est; quin etiam alium in finem, videlicet, ne
 fuga rei criminis atrocis instruatur (f); eadem quoque in
 processu banni fieri solet (g). Bonis absentium annotatis
 idonei

(d) Vid. laudata *sanctio Hasso-
 Cassellana* § 1 § 8 § 15, in fine.

(e) L. B. a WERNHER P.
 VIII *obseru.* LI, KRESSIVS l. c.
 ad art. CCVI C. C. C. p. 758, 759.

(f) L. fin. § fin. π. de *requir. reis*
 cet., art. CCVI *const. crim. Caroli V*
 imp. ibique KRESSIVS, *ordinatio*
iudic. crim. Hasso-Cassellana p. 60
 § 1-3, *Darmstadtina* tit. VI § 2 et
 tit. XII, *ord. prouinc. elect. Brunsvi-*
co-Lunenburg. P. II p. 834 sq., *ord.*

natio polit. Schaumburg. cap. VII n.
 17-19.

(g) MENKEN in *system. iuris*
civ. lib. XLVIII tit. XVII § 1 p. 869,
 CARPZOV in *practica crim.* qu.
 CXL num. 117, *constitutio iud. crim.*
Hasso-Cassell. l. c. et verordnung wie
 es mit confiscation der deserteurs,
 auch annotation des vermögens gehal-
 ten werden soll § 2 sq. p. 4 § 15 in fine,
ordin. iud. crim. Hasso-Darmstadt.
 tit.

idonei ac securitatem praestantes curatores, etiam ex officio, constitui possunt, qui rationes reddere debent; nisi parentes superstites sunt, qui ea administrant, eisque uti frui volunt (h).

§. VIII

QVOMODO VENDVNTVR RES PVBLICATAE? TRADITVR.

Fortunae autem deserentium militiam publicatae et praeuiis taxationibus aestimatae, voci praeconis atque haetae subiiciuntur, ac constituta auctione venduntur; pretium vero ex iis comparatum, deducto aere alieno legitimo, in fiscum redigitur; nisi ad alios usus destinatum sit (i).

§. X

QVODNAM AES ALIENVM FISCVS DISSOLVERE DEBET?

Aes alienum, rebus publicatis, est dissoluendum (§. VIII). Fiscus enim intrat in locum rei criminis; unde facile colligendum est: fiscum ius in bonis illius alteri legitime quaesitum, confiscatione auferre non posse. Ergo consequitur: ut, si defertor, eiusque opes peculiares aere alieno iusto sunt oppressae, illud tollendum sit. Interea reus, in fraudem fisci, bona nec per contractum, nec alio modo alienare, neque in creditum accipere potest pecuniam, ut frustraretur fiscum de suis facultatibus.

B 3

Verba

tit. XII § 2 p. 33, *ius provinc. Sueu.*
cap. XCI et XCVIII.

(h) *F. Hessen-Cassel. verordn. wie
es mit confiscation cet. §. 2, 3, 6.*

(i) *ibid. § 4, 5, 7, 14, L. 2
cod. de vi publ., MENKEN l. c.*

lib. XLVIII tit. XX § 2. In hisce
terris pretium ex bonis defertorum
publicatis comparatum, in usum va-
letudinarii Carolihauensis conuerti de-
bet.



Verba ad hunc locum spectantia sic se habent § V: „und
 „ da sich bei gelegenheit einige der deserteurs schulden
 „ hervorthäten, und deshalb sich die creditores mel-
 „ deten; so sollen sie (die beambten, stadträthe cet.)
 „ selbige gründlich untersuchen: ob sie Unfern verord-
 „ nungen gemäfs gemacht worden, und sich dabei kein
 „ verdacht hervor thue, daß die gläubiger wohl gar
 „ zum behufe und facilitirung der desertion geliehen,
 „ oder doch von solchem vorhaben wissenschaft gehabt,
 „ auch die specificationes der schulden, und wie sie sel-
 „ bige befunden, ihren an Unfere general-krigs-com-
 „ mission einzuschickenden berichten, und licitations-
 „ protocolis beilegen, und ob, und welche davon al-
 „ lenfalls Unferm fisco zu praeferiren, und zu bezahlen
 „ seynd, oder nicht, verordnung gewärtigen „. Nec
 minus aes alienum a parentibus desertoris conflatum est
 deducendum (§. VII).

§. XI

IN QVIBVS BONIS ET IVRIBVS CONFISCATIONI
 LOCVS NON EST?

Fiscus publicatione bonorum ius alteri antea in eis
 quaesitum auferre nequit (§. X). Vnde sequitur: vt
 confiscationi non sit locus in clientelis, in detrimentum do-
 mini superioris (directi), et agnatorum (k); nec in
 fideicommissis familiae, nec aliis fideicommissis, quae sunt
 restituenda (l); nec in allodiis auitis; nec in peculio fi-
 liorum

(k) *Ordin. cam. imp.* P. II tit. VIII
 § 2, *capitulatio caesar.* art. XX § VII,
 art. XXI § 2, 3, ROSENTHAL
 cap. XI concl. XII num. 5 sq.

(l) L. 8 § 14 π. de *inoff. testam.*
 Aliter autem se res habet cum quarta
 Trebellianica et Falcidia ad filium
 desertorem pertinente.

liorum familias, publicatis patris bonis (m); nec in ap-
nagio (n); nec illa doti vxoris (o), portioni statutariae
(p), nec vsuifruetui parentum superstitum, tum legiti-
mo, quum pactitio, nocere debet (q); si bona filii mili-
tiam iniuste deserentis fisco adscribenda sunt.

§. XII

QVAENAM DE VSVFRVCTV PARENTVM SVNT
CONSTITVTA? EXHIBETVR.

Confiscatio bonorum ad filium desertorem spectan-
tium nihil detrimenti vsuifruetui parentibus debito adfer-
re debet (§. XI); quamuis ille quodammodo certis limi-
tibus restringi queat; prout ex sequentibus verbis dictae
sanctionis Hasso - Cassellanae patet: „wenn aber eines
„ von beiden eltern lebet; so bleibt zwar demselben
„ nach den gemeinen rechten, jedes ortes hergebrach-
„ ten gewohnheiten, oder auch rechtmäßig errichteten
„ ehe-pacten, der ihm von rechtswegen gebührende
„ nießbrauch, und die leibzucht (r), auch an des de-
„ ferteurs antheile von des verstorbenen verlassenschaft;
„ es hat aber jedes ortes obrigkeit, der dieses confisca-
„ tions-geschäfte committiret worden, dahin zu sehen;
„ daß nicht allein von solchen Unserm fisco zugefallenen
„ stücken

(m) L. 3 *de minor.*, MEN-
KEN l. c. p. 886 § 2.

(n) SPRINGSFELD de *apa-*
nagio cap. XI num. 56, p. 196.

(o) L. 9 cod. de *bon. proscript.*,
GOSWIN ab ESBACH in *notis*
ad Carpzeusii iurisprud. for. P. III
const. XX def. 23, num. 3, 4, p.
503, et P. IIII const. I def. 16 num.
2, p. 582, 583.

(p) SIXTINVS de *regalib.* cap. X.

(q) F. Hessen - Cassel. verordnung,
wie es mit confiscation cet. § VIII,
VIII p. 6, 7.

(r) Vid. die *Essorische* bürgerl.
rechtsgel. der Teutschen P. I p. 173,
174 § 421, p. 316 sq. § 742-754,
P. II p. 625 § 4397. Idem procul
dubio dicendum erit de eis, qui di-
cuntur: *Auszüger*, qui nimirum, tra-
ditis bonis suis, alimenta, aliaque ad
victum necessaria sibi referuarunt.



„ stücken nichts verzehret, und zu dessen präiudiz ver-
 „ äuffert, auch desfalls hinlängliche cautiones gestellet
 „ werden; sondern auch bei absterben der leibzüchter
 „ solches antheil sogleich, wie obstehet, zu verkaufen,
 „ und einzuliefern; und im falle es an genugsamer cau-
 „ tion fehlen sollte, solches gehörigen ortes zu berich-
 „ ten; da dann das antheil quaestionis eingezogen, und
 „ denen, welchen es zukömmt, die interessen davon
 „ gereicht, zu solchem ende auch die fundamenta des
 „ praetendirenden vsusfructus genau untersuchet, und
 „ in den protocolis notiret werden sollen.

§. XIII

QVAEDAM SINGVLARIA EX ANTECEDENTIBVS DEDVCVNTVR.

Ex antecedentibus verbis perspicitur: I) illum vsu-
 fructum in bonis filii defertoris vtrique parenti, id
 est, tum patri, cum matri tribui; quod non solum cum
 moribus Germanorum (s); verum etiam cum Hassorum
 institutis congruit (t). Fundamentum eius est: aut com-
 munitio bonorum inter coniuges, aut horum potestas in
 liberos (u). II) Ex eadem sanctione differentia iuris
 Romani et Hassiaci animaduertitur: quod parentes vsufru-
 ctuarii nihil alienare, nec dissipare debeant in fraudem li-
 berorum (w), et fisci; cum tamen pater penes Romanos,
 vrgente

(s) HEINECCIUS de vsufructu ma-
 terno iuris Germ. § XLIII sq § XXVI sq.

(t) Vid. ordinatio iudic. Hass. de
 anno cloccccxcvii cap. XXVII,
 XXXII, XXXVI, XXXVIII. adde, si
 placet, statuta Castellana in KVCHEN-
 BECKERI anal. Hass. coll. III p. 291.

(u) die Estorische bürgerliche
 rechtsgelahrheit der Teutschen P. I
 p. 307 sq. § 729-752.

(w) *ibid.* P. I p. 317 § 743, add.
 statuta Hamburg. P. III tit. III art. VI,
 X, ius Lubecense P. II tit. II art. VIII,
 ius Solmense prouinc. P. II tit. XXVIII.



urgente necessitate, liberorum bona alienare potuit (x).
 III) Obseruanda est cautio ab utroque parente, siue a superiore, praestanda; nec distinguitur inter patrem, ac matrem; cum tamen pater, iure Romano, excusatus fuit et a ratiociniis, et a cautionibus, et ab aliis omnibus, quae ab usufructuariis extraneis leges exegerunt (y). Sed haec immunitas patri usufructuario a Iustiniano tantum fuit indulta contemplatione liberorum suorum; verum enim vero hoc loco bona filii militiam deserentis fisco sunt asseruanda; igitur non mirum est: parentes eius usufructuarios fisco securitatem praestare oportere. Adde etiam illud: quod parentibus non ubique in Germania cautionis usufructuariae gratia fiat (z).

§. XIII

LEGITIMA LIBERIS DESERTORIS REGVLARI MODO EX BONIS PVBLICATIS NON CONCEDITVR IN HASSIA.

III) Notandum venit discrimen inter illud, quod iure Romano, ac dicta constitutione Hassiaca, successionis gratia est sancitum. Perspectum enim est: Iustinianum confiscationem in fauorem adscendentium, et descendentium vsque ad tertium gradum remisisse, excepto crimine laesae maiestatis; et si liberi adfuerunt, bona parentum, excluso fisco, relicta fuisse (a). At vero res in
 laudata

(x) L. ult. § 5 cod. de bon. quae lib.

(y) L. ult. § 4 cod. cod., HEINECCIUS c. l. § XXXVI.

(z) conf. die *Essorsche* bürgerliche rechtsgelahrheit der Teutichen P. I p. 318 § 745, 746.

(a) L. 7 § 3 w. de bon. damnat.,

Neu. CXXXIII cap. XIII; his addendum est, quod, quamuis regula iuris Romani antiqui capitis damnatis auferat ius successionis, aut relinquenti bona sua proximis, siue testamento, siue intestato; tamen ab illa regula excepti fuerint milites, teste
 C VLP. IA.



laudata sanctione Hassiaca, quantum ad successionem liberorum spectat, aliter se habet, ut ex § XI colligendum est, ubi verba sic se habent: „da auch die deserteurs kinder hinterliessen, und selbige etwa um erlass der legitimae, oder sonst unterthänigst supplicireten; sollen die memorialia ihren umständen nach, auch deren verhalten, und aufführung pflichtmäßig attestiret, und den berichten mit beigeleget werden“. Ex his igitur constat: liberis desertoris ne legitimam quidem, modo regulari, ex bonis patris publicatis relinqui; sed principem pro ea indulgenda precibus esse orandum. Verum haec sanctio ad alias fugae, et contumaciae species non est extendenda in Hassia quoad liberos (b); quamvis redeunti post sententiam bannitoriam bona publicata non restituantur (c).

§. XV

NVM PARENTES DESERTORI FILIO DEFUNCTO
SUCCEEDERE POSSUNT?

Quod autem ad filium militiam iniuste derelinquentem attinet, dum ille, parentibus adhuc superstitis, de vita decessit, parentes ei succedere, ac fiscum excludere videntur; quod verbis legis supra §. VII in medium prolatis concludi potest: „oder der ausgetretene vor einem, oder andern der eltern verstorben“, cet.

§. XVI

VLPIANO L. 6 § 6 π. de iniusto, rupto testam., SCHILTER in exercitio. ad π. L., § 80.

(b) In *constitut. crim. Hass.* (der hals-gerichts-ordnung) c1010XXXV art. XCVIII de eo reo criminis fugitivo et contumace, qui in bannum (acht) declaratus fuit: sancitur: „doch vorbehaltlich dem weib und

„seinen kindern ihrer gerechtigkeit, „so viel auch gemeine rechte ver- „mögen vnd zulassen; add. *ordinatio iudic. crim. Hasso-Cassell.* tit. VIII § 2 p. 61, et Nou. 134, cap. 13.

(c) Vid. *ordinatio iudicis crim. Hasso-Cassellani* c1010CCXLVIII tit. VIII § 3 p. 63 in f.

§. XVI

OCCASIO HVIVS COMMENTATIONIS SVPPEDITATVR.

Haberem quidem plura in promptu, quae hac de re in medium proferre possem; sed hoc breue dixisse sufficiat. Reliquum est, vt rationem huius prolusionis addam. Bellum quidem, proh dolor! inflammatum, nec restinctum est, quo Mars magis vi, quam legibus, ciues aliaque, etiam in hisce terris, tractauit; attamen, neglectis belli calamitatibus, nobis semper cum musis in hac mercatura bonarum artium commercium fuit, et litterarum cupidi modice tulerunt fortunae iniurias. Nonnulli quidem in studio sapientiae et iustitiae versantes in militiae disciplinam sunt profecti; at vero non defuerunt alii permulti, qui animos suos doctrina excoluerunt, nec castra Mineruae deseruerunt. Inter hos etiam sunt quidam legum cultores, quibus est animus disceptandi; minime vero armis; sed legibus, auctoritatibus ac sententiis. Hi sunt laudandi. Gaudeo igitur de his, qui industriam et laborem in arte disputatrice expromunt, atque exercitationibus decertandi delectantur. Ad hunc numerum referendi sunt VIRI NOBILISSIMI, commilitones suauissimi:

IOANNES HENR. BRAYMANN

MARBVRGO - HASSVS,

G. EBERHARDT,

MARBVRGO - HASSVS,

IO. CHRISTIANVS KLINKERFVES,

ALLENDORFF. HASSVS,

GVIL. DAVID KOEHLER,

CASSELLIS HASSVS,

C 2

THEO.





THEOBALDVS SCHANZ,
 MARBURGO - HASSVS,
 HERMANNVS MAVRITIVS CHRISTIA-
 NVS VULTEIVS,
 CASSELLIS - HASSVS,


qui, differendo recti iustique rationem indagaturi, facile a me impetrarunt, vt ipsis dimicantibus moderator, ac reconciliator pacis, quouis die Saturni, in auditorio meo, adsim. Quae cum ita sint, VOS, VIRI GENERO-
 SISSIMI et NOBILISSIMI COMMILITONES, vt VESTRA honorifica praesentia actum nostrum, praestituto tempore, splendidiorem reddatis, omni, qua par est, obseruantia, etiam atque etiam rogo.

Dat. Marburgi Cattorum die VIII mensis Maii
 MDCCCLXII.









, liberorum bona alienare potuit (x).
Et cautio ab utroque parente, siue a su-
a; nec distinguitur inter patrem, ac ma-
pater, iure Romano, excusatus fuit et
cautionibus, et ab aliis omnibus, quae
extraneis leges exegerunt (y). Sed haec
usufructuario a Iustiniano tantum fuit in-
one liberorum suorum; verum enim
a filii militiam deferentis fisco sunt as-
ton mirum est: parentes eius usufructu-
tatem praestare oportere. Adde et
parentibus non ubique in Germania cau-
ae gratia fiat (z).

§. XIII

RIS DESERTORIS REGVLARI MO-
S PVBLICATIS NON CONCEDI-
TVR IN HASSIA.

im venit discrimen inter illud, quod
iuncta constitutione Hassiaca, successionis
Perspectum enim est: Iustinianum
uorem adscendentium, et descenden-
ium gradum remisisse, excepto crimi-
s; et si liberi adfuerunt, bona paren-
), relicta fuisse (a). At vero res in
laudata

*bon. quae lib.
cod., HEI-
XVI.
he bürgerli-
Teutichen
m. damnat.,*

*Nou. CXXXIII cap. XIII; his adden-
dum est, quod, quamuis regula iu-
ris Romani antiqui capitis damnatis
auferat ius successionis, aut relinquen-
di bona sua proximis, siue testamen-
to, siue intestato; tamen ab illa re-
gula excepti fuerint milites, teste*
C
VLP. IAN.